



2-127-2



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

- 21

- 21

2º 12-1-2

2-11-1-2

Num 51. cap 5 num 21.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

I
00211

AD ILLVSTRISSIMAM REGI
NAM HISPANIE TRACTATVS
CONTRA HERETICAM PRAVI
TATEM PER GVNDISSALVVM
DE VILLADIEGO SACRI PALA
CII APOSTOLICI AVDITOREM
EDITVS INCIPIT FELICITER.

Aluator noster Re
gina clarissima olim
in euangelio predi
xerat: Circa finem
seculi pseudo xp̄os:
& pseudo prophetas
surgere & multos se
duceſ & fideles suos
multas in mūdo habituros pressuras: sed
tamē portas inferi non preualituras: Pro
inde ut dicit Aplus. Oportet heresēs esse
ut qui probati sunt manifesti fiant: Qua
propter oportet nos cū ppheta ex aduer
so cōsurgere & murum opponere pro do
mo israel:& euangelici meminisse manda
ti quo ab ipsa ueritate precipitur: q̄ si nos
oculus aut pes aut dextra scandalizauerit
manus a cōpage corporis auferatur: cum
melius sit hiis carere membris: Nam sup
fluo extra ecclesiā posic̄o resistimus: si ab
hiis quę intus sunt in eis quos decipiunt
vulneramur. Hii enim nec ut infideles dis
cedunt neq̄ permanent ut fideles: sed my
steriorū percepta noticiam & fidei nostre
secretoribus perscrutatis: Conuersi post
modum impugnant nos & contradictio
nibus suis corda nostra disrūpunt: cōcul
cantes uerbi dñici margarital & ornamen
ta fidei maculantes. Ex quibus nouissime
diebus istis multi in prouinciis & regnis
tue ditioni suppositis in lucem prodierūt
qui ante in antris lacebāt: legem ueterem
fuscitantes que ab olim sepulta iacet: ac in
passione xpi cōsumata est: iuxta ipius uo
ce inter crucifixores emissam q̄n etiā uelū
quod ipsius secreta tegebat scissum est in
duas partes a summo usq̄ deorsum: ut re
uelata facie mysteria Iesu conspiceremus.
quicq̄ emulatores moysi si iactant: cum re
uera ipsius capitales existant inimici utpo
te doctrinam eius ut falsam respuētes. Si
enim ut ueritas inquit Moysi crederent:
utiq̄ & xpo crederēt. De illo enī ipse scri
pit. Vñ & illud Hieronimi: Prochdolor
prouincie tue cōpetere satis uideo: ibi enī
celsipate terra fecūdo: dominici seminis pu
ritatē centeno fructu olim referebat. Nūc
autē fulcis obrupta frumenta in loliū aue

nasq̄ degenerant: ibi quōdam sol iusticie
xp̄us oriebatur. Nunc autē lucifer ille qui
ceciderat: supra sidera posuit thronū suū.
Cum itaq̄ sceptrum regni de manu altis
simi suscepéris & pro tanti honoris fasti
gio talionē ei iuxta uires tua celstudo im
pendere teneat. Assurge obsecro uiriliter
& uestigia redemptoris amplectere & ubi
mulieres ihrlm eum plangebant & lamentabuntur:
cum baiulās sibi crucem exiret
in caluariam. tu qui iam exanimatum in
cruce & postea resurgentem adoras fonte
aperi lacrimarum ubi rursus manibus hu
iustumodi sceleratoꝝ hominum illū expūi
blasphemari crucifigi & lancea perforari die
tim uides. Nam iuxta illud Hester: Quis
nouit utrū iccirco ueneris: ut in tali tem
pore parareris: quod ubi tua maiestas ut
dignum est peregerit vniuersi ditioni tue
subiecti clamabunt: tec̄q̄ benedicent dicen
tes. Tu gloria Hierusalem: tu leticia israel
tu honorificēta populi nostri quia fecisti
uiriliter. & postremo post téporale regnū
quod obtines eterni regni gloriam conse
queris. Et quo magis iuridice ista peragi
queant presentem tractatū agere institui:
& materiā prosequi ordine subsequenti.

Rimo quero quid faciat hereticū:
& quid sit hereticus. Ad hoc respō
det magister quarto sen. di. xiii. inducēdo
uarias sanctorū sententias. Ait enim Illa
rius: Extiterunt plures qui celestū uerbo
rum simplicitatem nō ueritatis ipsius ab
solutionem suscipērent aliter interpretan
tes q̄ dictoꝝ uirtus postularet. De intelli
gentia enim heresis nō de scriptura est: &
sensus nō sermo fit crimen: idem intelligē
tie sensus in criminē. St. Hieronimus dicit
q̄ ex uerbis inordinate platis incurrit
heresis. Augustinus diffiniens quid sit he
reticus ait: Hereticus est qui pro alicuius
temporalis cōmodi & maxime glorie pri
cipiatusq̄ sui gratia falsas ac nouas opinio
nes uel gignit uel sequitur. Gregorius su
per Ezechielem: qui in expositōe sacri elo
quii: ut auditoribus placeat aliquid fingit
sua uerba loquitur nō dei. Qui autē in uer
bis dñicis aliter q̄ is qui protulit senserit:
& si sub alio intellectu tñ ad edificationē
charitatis tendit dñi sunt uerba que dicit
hec ille. Inter istas autem diffinitiōes illa
Augustini uidetur esse prestantior. & hāc
secutus est Gratianus. xxiiii. q. iii. c. hereti
cus. & glo. in clem. vnica de usur. Sanctus
Tho. quarto sentē. di. xiii. arti. iii. dicit q̄
a. ii.



hereticus dicitur qui a fide diuisus est. Et hoc facit ex quadam electione: ad cuius dentia considerandum est secundum eum quod in fide sunt aliqui ad quod explicite cognoscenda omni homo tenet: ut sunt articuli fidei. Vnde si in hiis aliis errat infidelis reputatur & hereticus si pertinaciam adiungat: Si autem circa illa ad quod explicite credenda homo non tenet error: non iudicatur hereticus. ut si aliquis simplex credit Iacob patrem fuisse Abraham quod est contra veritatem scripture quam fides proficitur: quousque sibi innotescat quod fides ecclesie contraria habet: quod non discedit per se loquendo a fide ecclesie: nisi ille qui scit hoc a quo recedit de fide ecclesie esse: Et quia quedam sunt que in fide ecclesie implicite continetur ut conclusiones in principiis: ideo in hiis diuiseruntur opiniones sustinentur quousque per ecclesiam determinetur quod aliquid eorum est contra fidem ecclesie quia ex eo sequitur aliquid contrarium fidei directe. Idem sequitur prefatus doctor secunda secunde. q. xi. art. ii. ubi subiungit quod aliqui dicunt pertinere ad fidem duplicitate. Vnde modo directe & principaliter si cut articuli fidei: Alio modo indirecte & secundario sicut ea ex quibus sequitur corruptio talium cuius articuli: & circa utramque potest esse heresis: modo quo & fides: Ide tenet prima parte q. xxii. art. iii. & inde est quod nedum est hereticus qui male sentit de articulis fidei: sed etiam ille qui non tenet rectam fidem erga sanctam ecclesie: de here. ad abolendam in primis. Ex quibus sequitur quod si extra predictos casus reperiatur alius in quo quis dicatur hereticus illud erit large & propriamente per quem modum debet intelligi id quod dicitur quod simonia est heresis. i. q. i. eos de simo. c. quoties. Item & quilibet excusat: & qui priuilegium Romanorum ecclesie infringit & qui eius precepta transgreditur. Ita contumax & quilibet infidelis & plures alii modi qui non per glo. xxii. q. iii. illi qui & per Inno. de here. firmissime. per Hosti. i. sum. de here. s. i. & c. si papam. xl. di. Ita tenet Cal. consensu. iii. ti. de here. Confirmatur etiam istud per id quod dicit sanctus Tho. iiii. sen. ubi supra: ubi dicitur quod si moniaci dicunt hereticum per similitudinem quae sicut hereticus contra fidem sentit: ita simoni acus opatur ac si contra fidem sentiret dum precio sacra vult adipisci. & per eundem modum intelligens alios modos propriam heresis de quibus predictum est. & quia fides principaliter consistit in corde: Et etiam secundario in ore: sicut illud Apli ad Roma. x. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio sit ad salutem Similiter heresis principaliter consistit in corde:

secundum quod Hilarius dicit. Intelligitur sensus in crimine est: sed secundario in ore. Vnde Hieronimus dicit quod ex verbis iordanis platis incurrit heresis: non quia heresis per se in his consistat: sed quod sunt occasio & causa erroris ut homo dicit ibi. Adde etiam quod verba sunt signa easque que in aia sunt passionum ut Philius dicit: Non enim presumit quis dicere quod ante aucto non cogitauit. de lib. lega. labeo.

Sed quero iuxta hoc: Pone quod ille qui dixit aliquid contra fidem dicit se non seriose nec ex auctoritate: sed potius per lubricum lingue aut ioco illud dixisse an sit puniendum. Lapis & dominus Cardini. in dicta cle. vnicam. §. sane. de usurpatione. Dicitur quod extraordinarie puniet arbitrio iudicis & iponetur ei aliquis leuis penitentia lutaris. xvii. di. nec licuit. xxiiii. q. i. hec est fides. Augeretur tamen ego penitus ex qualitate personae & ex qualitate loci & personarum astantium & scandali exinde insurgentis que oia & etiam alia in puniendum delictis sunt attendenda: de hominibus. sicut dignum. in principio. ff. de peccatis factis. talis enim iocus non est puniendum per quem uenit ad criminis ff. ad. l. acquil. nam ludus. de hominibus. cotinebat. & ibi in globo. Ita quod per lubricum lingue: si fuit in culpa. ut hec lubricitas in eo causaret punientiam: alias non. Presumeretur tamen ego uerba seriose fuisse dicta & ex malo aucto processisse per iura predicta: & etiam quia omne male factum prae presumitur actum ut in. l. si non concordia. c. de iure. & de presump. c. i. nisi ex aliis concordiis appareret: Eo tamen casu quo humanus uerba non saperet heresim sed excusarentur ioco vel lubrico lingue non posset pena infligere inquisitor. ar. c. accusatus. s. sane. de heretico. vi. sed ordinarius illud ficeret.

Ecundo quero unde dicatur heresis.

Ad quod dicendum secundum Isidorum quod heresis est nomine grecum & idem quod diuisio non importat: Vnde & heretica diuisua dicuntur. Hieronimus tamen in epistola ad Galatas. & huius transumptione. xxiiii. q. iii. heresis. Dicitur quod heresis grece ab electione dicitur quod scilicet ea sibi quisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem. & utrumque isto modo dicitur concuerenter: Ex hoc enim quis efficit hereticus quod eligit singulariter opinionem tenet diuisam & distinctam a communione ecclesie catholicae dogmate & determinatione. Vnde si quis nunquam fuisse in unitate ecclesie ut propter iudeus vel sarracenus etiam si teneat contradictionem fidei non est iudicandus hereticus non enim potest dici diuisus ab unitate ecclesie.

qui nunquam in ea fuit: ut dicit glo. in clementina. de usurpatione. Similiter etiam si quis catholicus teneret contrarium aliquid fidei non tamquam eligens sed per errorum credens illud etiam per catholicam ecclesiam teneri patitur corrigi ubi in errore se lapsum cognosceret non est sed hereticus. Pro quo est optimus textus xxiiii. q. iii. dicit apostolus. ibi cum dicit. Sed quod sententia sua quoniam falsam atque pueram: nulla pertinaci obstinatione defendunt: pser tam quod non audacia sue presumptionis pepertur sed a seductis atque in errore lapsis parentibus accepert: querunt autem cauta solicitude ueritatem: corrigi parati cum inuenientur: nequaquam sunt inter hereticos deputandi. Copertur autem & latine hoc nomine eidem: Nam potest dici heresis ab heredo quia sue opinioni uehemeter inheret per electionem ut prediximus. & ex predictis iustificari potest quod non est. Inno. de summa. tri. c. firmiter. dicens quod si aliquis habet fidem catholicam implicita quod credit quicquid ecclesia credit sed falso opinatur naturaliter ratione motus quod pater maior uel prior sit filio: uel quod tres persone sunt tres res a se inuicem distincte & separate & distantes quod non est hereticus: dummodo hunc errorum suorum non defendat & hoc ipsum credit quia credit sic ecclesiastica credere & suam opinionem fidei ecclesie supponit patitur se submittere iudicio ecclesie ubi ecclesiastica sciret contrarium sentire heresis enim requirit pertinaciam. ut de summa. tri. cle. vnicam. §. porro. & dicta cle. vnicam. §. pe. de usurpatione. Licet tamen ego excusare humanum ab heresim: Non tamen excusare illum a peccato si errauit in hiis quod scire tenebatur de pertinacibus ad fidem: De quibus per sanctum Thomam secundam. q. ii. art. v. qa. & ipsa ignorantia est peccatum in hiis quod scire possunt. xxxviii. di. qui ea. & per Philippi tertium ethi. & per magistrum. ii. sen. di. xxii.

Tertio quero an scismatici sint iudicandi heretici. Ad quod respondet Hieronimus in epistola ad Galatas: & habet transumptione. xxiiii. q. iii. inter heresim. quod inter heresim & scisma hoc interest: quod heresim puerum dogma habeat Scisma vero post episcopale distinctionem ab ecclesia separatum. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Ceterum nullum scisma est nisi sibi aliquam heresim confingat ut recte ab ecclesia recessisse videatur: Et ad clariorum intellectum humanum considera quod heresim & scisma distinguuntur secundum ea quibus utrumque per se directe opponitur: Nam heresim per se opponit fidei. Scisma autem opponit unitati ecclesiastice charitatis. Et ideo sicut fides &

charitas sunt diuersae uirtutes: quoniam qui cuncti careat fide careat charitate. Ita etiam scismatis & heresis sunt diuersa uicia. quoniam quod cuncti est hereticus sit etiam scismaticus: sed non convertitur. Verus est tamen quod sicut amissio caritatis est uia ad amittendum fidem: iuxta illud in Thimo. i. A quibus quidam aberrantes sci licet a charitate & aliis hominibus converti sunt in uaniloquium etc. Ita etiam scisma est uia ad heresim. Et sic innuit Hieronimus in auctoritate preinducta: ita declarat Sanctus Thomas secunda secunda. q. xxxix. art. i. & propter hoc dicit glo. xxiiii. q. i. didicimus. quod scisma inueteratum sapit heresim: quoniam uel let quod non esset hereticus non perduraret tamdiu in scismate. Ex quibus inferuntur quod si quis recederet ab obediencia pape qui uices Christi tenet qui est caput ecclesie nolens superbe & contumaciter & in contemptu ei subiici est sed scismaticus tantum: Vbi tamen ideo procederet ab ipsius obediencia quia crederet quod ille non habet potestem condendi canones: aut quod protestas super ecclesie non residet penes ipsum tamquam qui uicem gerit eius qui est caput ecclesie qui est Christus: Iuxta illud apostoli ad Collos. ii. & ad Ephes. i. qui dedit ipsum carum supra omnem ecclesiam: iste hereticus iudicandus foret ut dicit glo. xix. di. c. nulli. & in c. generali. de electio. li. vi.

Varto quero: Quot sunt species heresis. Hoc determinat Isidorus. viii. li. ethi. c. v. & huius transumptione. xxiiii. q. iii. c. quidam. ubi multe enumerantur: quibus sic enumeratis magister Gratianus subinventat aliam heresim dicitur. Sed quicquid alter sciam scripturam intelligit quod sensus spiritus sancti flagitat a quo scripta est licet de ecclesia non recesserit tamen hereticus iudicari potest. Et huius hoc a Hieronimo ut supra diximus in primo membro. Et intellige quod ille dicitur aliter exponere sanctam scripturam quod spiritus sanctus flagitat qui ad hoc sanctam scripturam retorquet quod contrariatur ei quod per spiritum sanctum est revelatum: Ita dicit thom. secunda secunda. q. xi. art. ii. Ex quo sequitur quod si quis daret aliquem intellectum sacre scripturae qui non esset contra ueritatem revelatum per spiritum sanctum sed preter illud: non ad corruptionem fidei: sed edificationem fidelium non esset hereticus iudicandus: Et hoc satis aperte innuit Gregorius super Ezechiel: ut patet in auctoritate inducta supra in primo membro Augustinus etiam in libro de heresis: come morat aliquos catholicos tractatores qui de heresis scriperunt diuersas easque spes



enumerates. ipse etiam ibidem notatim plures exprimit. Inter oes aut heres post Christi adventum prima fuit illa quae quidam discipuli incurserunt de sacramento altaris: de qua scribit Iohannes vi. Cum enim Christus predixisset: nisi manducaueritis carnem filii hominis: & bibetis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. Et subiunxit quod alia iuxta hoc: illi perdi hoies dixerunt: durus est hic sermo & quod poterit eum audiri & ex illa die abiurant retro: Et ut dicit ibi Nicolaus: Non est intelligendum hoc de duodecim apostolis uel de septuaginta duobus discipulis: quia isti Christo adheserunt: secundum quod patet ex discursu euangeliorum: sed multi alii sequebantur ipsum ad audiendum eius doctrinam: & de ipsis multi retrocesserunt & quod ista fuerit prima heres. pater de cose. di. ii. prima heres. Et postquam illi sancti patres de quibus predictis heres conscripserunt multe alie suborte sunt nouiter & dicitur sub oriunt. Et iuxta uerbū saluatoris nři: De quo in primo themate premisimus: quo magis finis seculi appropinquat: eo magis heres subcrecent: quod partim ex prelatorum negligētia pruenire conspicuum est. dormientibus enim hōibus: ut saluator inquit Inimicus homo suplēminauit zizania. Ex alio etiam hoc pruenit quoniam post illa temporā quo illi sancti doctores scripserunt: multi articuli fuerunt per ecclesiā determinati: nō quod sint contra fidē. Vnde si quis modo p̄tinaciter contrariū affirmaret: hereticus celeret quod mīme cōtigisset ante determinationē ecclesie: ut dicit tho. i. parte. q. xxxii. arti. iii. & p̄dest scire homini heresum species ut ex illici possit cognosci quid sit hereticus: uel quid faciat hereticus: de quo in primo duobus tactū est: quod non sine difficultate cognoscitur in aliquibus articulis: ut dicit Augustinus in libro de heresibus. Illud tamen indubitate existat quod cum malum infiniti sit ut Platonici dicunt teste philosopho. ii. ethi. & per consequētē infiniti errores possent occurere contra fidē: cōsequētē possent heres in infinitū multiplicari.

Sed iuxta p̄dicta queret aliquis curiosus: de scola eorum quod volunt sapere plus quod optinet sapere contra doctrinā apostoli. Cur deus permittat tot heres esse totū eorum sectatores in inferna demergi. Ad hoc respōdet Augustinus & hētū in. c. fi. xxiiii. q. iii. Ideo diuina p̄uidētia multos diuersi erroris hereticos esse permittit: ut cum interrogāt nos: ea que nescimus: sic discutiamus pigritia & diuinā scripturas cupiamus. Ideo enim

Aplus ait: Oportet heres esse ut qui probati sunt manifesti fiant. Hui enī deo probati sunt qui bene possunt docere. Et quā quā iste intellectus Aug. sit bonus ad illā auctoritatē apostoli: sufficies tamen littere magis capit hunc sensum: ut ideo deus permittat heres esse: ut cōstantia fidelium cōprobetur sed utrumquā recte dictū extat: Vel dicas quod ista quod in secretis dei cōsistunt non sunt a nobis inquirendā: iuxta illud Eccle. iii. Altiora te ne quōdieris: & fortiora te ne scrutatus fueris: & in pluribus opibus eius ne fueris curiosus. & postea subdit: Multos enim sub plantauit suspicio illos: & in uanitate detinuit sensus eorum. & Ecc. vii. Quid necesse est homini maiora se querere: cum ignoret quod cōducatur sibi in uita sua: & post pauca: Ne quod plus sapias quod necesse est: ne obſtupescas. Habemus etiam exemplū apostoli qui cum de p̄ destinatione uerba ageret: & pruenisset ad illud: quare quodā eligat: alios aut reprobet iuxta illud: Iacob dilexi Esau aut odio habui. sapientissime itulit. O altitudo diuīciae sapientie & scīe dei quod incōprehensibilita fuit iudicia eius & inuestigabiles uiae eius. & de eodem Augu. super Iohannes in illo uerbo: Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Dicit quare hunc trahat & quare illū non trahat noli inuestigare si non uis errare. Per idē respondet magister. ii. sen. di. xxiii. hiis qui queruntur: cur deus permiserit primū hominē peccare cum posset eius uoluntate uertere in bonū quia oī potest est. Posset inquit ille reuera: cur non fecit: quia noluit. Cur noluit: ipse nouit. Non debemus plus sapere quam optinet sapere: hoc unum in huiusmodi debet nobis habunde sufficere quod ut dicit Aug. in encyclide. Deus omnipotens cui rerū est summa pars cum sume bonus sit: nullo modo sineret aliqd malum esse in opibus suis: nisi usque adeo esset omnipotens & bonus ut bene faceret etiam de malo. quō autē illud intelligatur: & qualiter ex malis deus elicit bona: latissime p̄sequitur magister. i. sente. di. xlvi. & per p̄dictū etiam sufficiētē respōdet ad id quod multi petunt: Quare deus permittat legē machometi in tamen preualere.

Vinto quero de cōparatione hereticorum ad alios infideles: & infideliū inter seū. Ad quod dicendū secundū Thos. secunda scđe. q. x. arti. vi. quod in infidelite duo possunt cōsiderari. quorum unū est cōparatio eius ad fidē: & ex hac parte grauius peccat contra fidē qui renitit

dei suscepit. Sicut grauius peccat qui non implet quod promisit quam qui non implet quod nunquam promisit: & secundum hoc infidelitas hereticorum qui perfiditū fidei euangelii & ei renitit eā corrūpentes grauior est quod iudeorum & aliorum infidelium qui nunquam fidē euangelii suscepit: Sed quia iudei suscepit figurā euangelii in ueteri lege quā māle interpretātes corrūpūt Ideo etiam eorum infidelitas est grauius peccatum quod infidelitas gentilium qui nunquam fidē euangelii suscepit. Aliud quod in infidelitate cōsiderat est corruptio eorum que ad fidē pertinent. & secundū hoc cum in pluribus errent gētiles quod iudei: & iudei quam heretici: grauior est infidelitas gentilium quod iudeorum & iudeorum quā hereticorum: nisi forte quorundā puta manicheorum quod etiam circa credibilia plus errant quā gētiles Harū tamen duorum grauitatū prima preponerat secunde quantū ad rationē culpe: quia infidelitas habet magis rationem culpe ex hoc quod renitit fidei quā ex hoc quod non habet ea quod sunt fidei. hoc enī ultimū uidetur magis ad rationē pene p̄tinere. Vnde sim p̄clicer loquendo infidelitas hereticorum est pessima. Si autē queras: ex quo inter infideles peiores sunt heretici ut p̄xime diximus. Quid si cōparemus eos ad idolatras. Ad hoc dicendū secundū Thos. secunda secunde. q. xciiii. arti. iii. quod grauitas alicuius peccati attēdi potest dupliciter. Vno modo ex parte ipsius peccati: & sic peccatum ydolatrie est grauissimum. Sicut enī in terrena republika grauissimum esse uidetur quod aliquis honore regiū alteri impendat quā uero regi: quā quantū in se est totū reipublice perturbat ordinē. Ita in peccatis que contra deum cōmittuntur que tamen sunt maxima: grauissimum esse uidetur quod aliquis honorē diuinū creaturā impendat: quia quantū in se est faciliter um deū in mundo minūs principatū diuinū. Alio modo potest attendi grauitas ipsius peccati ex parte ipsius peccatis: sicut dicuntur grauius peccatum eius qui peccat sc̄enter quā eius qui peccat ignoranter. & secundū hoc nihil prohibet grauius peccare hereticos qui sc̄enter corrūpunt fidē quam acciperunt: quā ydolatras ignoranter peccātes. Ex his tu clare poteris inferre quod cum isti heretici qui nouiter in hispania detecti sunt potius apostate quā simplices heretici sint iudicandi: cum non in parte tantū de fide Iesu Christi male fentiāt: sed in totū eā abiiciāt ad legē Moysi iam diu sepultā reuersi: peiores quā alii heretici sunt iudicāti. quia in pluribus ymo in totū aberrant. Vnde super illud Apli ad Galatas. iii. Quomodo cōuerteri timini itegre ad egena & infirma elementa dicit glo. Hiero. Legis obseruātia cui tunc dediti erant: erat peccatum pene par seruiti ydolorū cui ante conuersiōnem uacarent. & sic apparet quod est crimen pene par ydolatrie: & nedū ppter atrocitatē delicti quin etiam ppter periculū pditionis debent p̄ncipes eos a suo cōsortio in totū expellere: presertim ne participes fierent cōsilium suorum: aut eorum quod statū regiū cōcernūt quod aperte dicit cōcilium Tolosanum. De quo hētū. ii. q. vii. non potest. cuius uerba sunt: Non potest erga hoies esse fidelis: quod deo extiterit infidelis. Vnde subiungit de qui busdā iudeis qui dudū Christiani facti fuerāt & demū in Christi fide sunt purificati: ut a te stimonio repellantur. Non est enī eis credendum: qui fidei ueritatem a se abiecerunt. & istud stat in aperto: qui enī fidē Christi suscepit ad quā strictissime tenet se ferunt: quō fidem quā principi terreno debet firmare te nere poterit. Ad quod etiam facit quod scribitur puerbio. vi. Homo apostata: uir in utilis gradiens ore peruerso: annuit oculis: terit pede: digitō loquitur: prauo corde machinat malū: & in omni tempore iurgia seminat. Habet etiam aliud malū hominis apostasia. quod qui eā incurrit uix potest ad bonū reparari: ut dicit Aplus ad Hebreos. vi. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt: & post pauca & placiti sunt: scilicet per apostasiā: rursus renouari ad penitentiā. & accipit ibi impossibile pro difficili. Hic est enī unus modus impossibilitatis ut hētū. v. metha. quod potissimum ī istis de quibus paulo ante premisimus locū habet: qui a parentibus iudeis perfidiā legis ueteris cum sanguine trahunt. Et ex his inferri potest ad questionē quā posuit Oldradus consiliari. An iudeus transiens ad seūtā farraceno sit quod non: & inter cetera motiva sua est illud quod deterior est infidelitas iudeorum quā Saracenos: aut gentiliū ut superius diximus. Pro quo etiam est tex. aptus. i. q. i. nōne. cū ergo de peiori trāseat ad minus malū: non est ob hoc puniendus. Ex quo etiam sequitur quod isti apostate qui in legem iudeorum recidunt: peiores sunt quā si esset apostate legē farraceno & amplectantes uel alia huius cemodi. Unum tamen non omittā quod licet omnes infideles tam iudei quā alii sint malū & iniqui utpote infideles: tolerantur tamen per ecclesiam in infidelitate sua: ut uel sic



tollerati finaliter conuertant ad fidem. ut de multis iam uidimus: ut in.c. qui sicut
ra.xlv.di.&c. sicut iudei. de iude. Magis tamen sunt tolerabiles titus iudeorum q̄ alioꝝ infidelit̄: licet iudei sint peiores ut diximus. Cuius ratio est: quia cum in eis olim p̄figurabat̄ ueritas fidei quam tene mus: puenit hoc bonū q̄ testimonium fi dei n̄e habemus ab hostibus & q̄ si in figura rep̄sentat̄ nobis quod credimus: qđ in aliis infidelibus nō contingit. ut dicit Tho. secūda secūde. q.x.arti.xi. & hac cō sideratione: licet iure non sit expressa: iura phibent ne sarraceni publice faciant cerimoniae suas inuocādo publice nomē machometi uel similia faciendo ut in cle. ynica de iude. Hoc tñ nō repitur phibitū in iudeis. & hoc tenent Mathe. & do Cardi. & Io. de Imo. in dicta clem.

Exto quero an heretici sint tollera di. Et distinguēdū est: quia aut occurrat casus in quo nō possent puniri heretici quin simul puniant̄ & boni. Vl' quia latēt inter bonos: Vel quia habet multos sequaces: ita q̄ sine catholicis pīculo iter fici nō possunt. & tali casu heretici sunt tolerād. i & hoc aperte dñs ostendit Mathei xiii. ubi in parabola phibuit colligi zizania: ne forte eradicātes zizania: eradicaret simul & triticū. Quādo uero ex occisione hereticorū noī iminet periculū bonis: sed magis tutela & salus tūc licite possunt occidi: ut dicit Aug. cōtra p̄menianū. Sicut enī si saluti totius corporis hūani expediat p̄cilio alicuius mēbri: puta cū ē putridū ul̄ corruptiū alioꝝ mēbroꝝ: laudabiliter & salubriter abscondit̄. Ita cū quelibet persona singularis cōpareat ad totā cōitatem sicut pars ad totū. Si aliquis homo sit periculus cōitati & corruptiū ipsius ppter alii quod peccatū: laudabiliter & salubriter occidit̄: ut bonū cōe conseruet̄. modicū enī fermentū totā massam corruptit. ut.i.ad Corin.v. Ad hec adaptari possunt not. p Tho. secūda secūde. q.lxiii. ar.ii. & si hoc in aliis enormibus criminibus locū habet fortius in crimine heres̄: quod sua grauitate flagiosissimum est: ut in prehabitatis patet. eo maxie q̄a iuxta Aplm. ii. ad Thimo. ii. heres̄ ut cancer dicit̄ serpere. Vñ resecanāda est a principio: ne paulat̄ intia cordis corrodat: & spūalē uitā adimat: rese canē siquidē sunt putride carnes & scabi osa ouis a caulis repellēda: ne tota domus massa: corpus: ardeat: corrūpat̄: putrefactat̄:

intereat. Arrius in Allexādria vna scintil la fuit: sed qm̄ nō statim oppressus est: to tu orbē eius flamma est populata. xxiiii. q.iii. resecanāda. Iohānes quoq̄ aplus i ca nonica sua. Si quis inquit uenit ad nos: & hanc doctrinā nō affert: nolite eū recipere in domū: nec aue ei dixeritis. Qui enī dicit illi aue: cōicat opib⁹ illius malis. Hec Iohannes que de scismaticis siue hereticis uitādis uerbis docuit etiā factis exhibuit. Narrat enī de illo auditor eius uir sanctis sumus Polycarpus: q̄ tēpore quodā cū ap̄d ephesum balneas lauādi ḡfa fuisse ingressus & uidisset ibi cherintū: exiliit cōtinuo & discessit nō lotus dicens: Fugiamus hīc ne & ipse balnee corrūat̄ in quibus Cheritus lauat̄ inimicus ueritatis. de quo ē tex. xxiiii. q.i. omnis qui. Addit̄ pulchrū tex. ea. cā & q. que dignior. Vnde & si in aliis criminibus occultis teneat̄ quis crimē p̄ ximi celare ppter charitatem ut in.c. si sc̄cerdos. de offi. ord. & i.q.i. xps. hoc tñ fali lit in crimine quod pertinet ad corruptiōnē cōitatis spūalē uel corporalē. Hoc enim casu teneret̄ quis illud p̄palare testificādo uel denūciando: ut dicit Tho. secūda secūde. q.lxx.arti.i. Idem sentit Inno. de testi. cogen.c.i. & pōit exemplū in heresi quod ut patet ex p̄missis spūalē detrimentū i ferre cōitati est aptissimū. prodest etiā hec punitio criminū reipublice ut ceteri metu pene arceant̄ a similibus cōmittēdis. xxiiii q.v. nō est innocētie. de ui. & hone. cler. ut clericorū. & inde est q̄ ut magis ista in pli moꝝ exemplū ueniant publice debet malefactores puniri. l. capitaliū. s. famulos. ff. de pe. vii. q.i. deniq̄ versi. turibula quoq̄.

Eptimo quero: Ad quē spectet iudicare de heresi. In hoc distinguērē quia Aut agit̄ de articulo nōdum decisio p̄ ecclesiā: Aut de articulo iā decisio. Prīo casu iudiciū spectat ad papā: ut pbat tex. xxiiii. q.i. quotiens: & c. hec est fides. & c i. de iura. calū. & c. maiores de bap. quod etiā sacre scripture auctoritate ostendit̄: Nam & saluator Petro dixit: quē summū pontificē cōstituit̄: Ego pro te rogaui Petre ut nō deficiat fides tua. & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos: Luce. xxii. Et ubi xps disciplos interrogauerat: vos autē quē me esse dicitis? Petrus respondit Tu es xps filius dei viui: Math. xvi. Hoc etiā tenet sanctus Tho. secūda secūde. q.i. art. x. Et huius ratio est: quia vna fides debet esse totius ecclesie: secundū illud. i.ad

Corin.i. id ipsum dicatis oēs & nō sint in uobis scismatas quod seruari nō posset nisi q̄stio de fide exorta: determinaret̄ per eū qui toti ecclesiē preest: ut si eis sententia a tota ecclesia firmiter teneat̄. Illud id se quitur Aug. de anchora in summa sua de potestate ecclesiē. q.x.arti.i. & ii. & hoc sat̄ figuratū est Exo. xviii. ubi dictum est Moysi qui fuit rector iudeorū: sicut papa rector est oīum xp̄ianoꝝ. Esto tu populo in hiis que ad deū pertinet: ut ostendas ei ceremonias & ritū colendi deū. Sicut ergo oēs questiones emergētes de lege & de cultu dei: reseruabant̄ Moysi determināde. Sic omnia que sunt fidei xp̄iane spectat̄ ad determinationē pape. Vnde dicit Cirillus in li. tesaū. ut mēbra maneamus in capite: in nō ap̄lico throno romano pōtifice maneamus: quo n̄m est querēt̄ quid crede re qđ tēre dēamus. & Maximus in ep̄la ori étalibus missa: dicit. oēs fines orbis terre qđ dñm sincere repererunt & ubiq̄ terra q̄ ca tholici uerā fidē cōfidentes: in pontificem romanorū tāquā in solē respiciūt̄: & ex ipso lumine catholice & aplice fidei recipiūt̄ ueritatē: licet enī apud alios forte posset es se p̄fundior sc̄ia ad ista decidēda quā i ro manū pont. Deest tñ eis p̄t̄as de hiis iudi candi & statuēdi: que in solo Romano pōtifice residet ut prediximus. Caute tñ age ret papa si cū de istis dubius articulus occurrit conciliū generale faceret cōgregari: ut cū eius consilii decideret quod esset tenēdū & credendū. Sicut apli fecerūt̄ actu um. c.xv. quādo insurrexit heres̄ illoꝝ q̄ dicebāt legē Moysi siml̄ cū euāgeliō ob seruandā. Cōuenerūt̄ enī Hierosolimis uiderē de uerbo hoc. Simile fuit in.c.firmi ter. de sum. tri. & c. dampnamus. eo. ti. & c. vnicō. eo. ti. li. vi. & cle. ynica e. ti. Et hoc idē in oībus arduis cōsulte esset agendum ut appareat. l. di. de eo. xcvi. di. bene quidē xxxv. q.v. ad sedē. xxxv. q. ix. quod quis Integrū est enī iudiciū: quod plurimorū sententiis cōfirmat̄: de offi. deleg. prudētia in prin. xx. di. de quibus. C. de fideicō. l. fi. Est enī tanta in hoc pape p̄t̄as q̄ si possibile foret q̄ angelus de celo aliquid contra fidē diceret aut sentiret̄: per papā iudicari & excōicari posset: ut probat̄ ad Gal. i. c. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizauerit uobis: preterquā quod euāgelizauimus uobis: anathema sit. Si tñ continget papā errare in hiis que sunt fidei tunc dāpnari posset per conciliū generale ut in.c. si papa. xl. di. cū glo. & per glo. xv

di. sicut. &. xix. di. anaftasius. & Inno. in.c ex parte de uerb. signi. & per docto. in.c. i fidei fauorē de here. li. vi. Nec per hoc dīci mus inferiorē dicere ius in superiorē cum papa sit maior cōcilium generali ut in.c. significasti. de elect. & c. alioꝝ: & c. nemo. ix. q. iii. quoniā cū papa incurrit heres̄: de finit esse papa: cū nō sit de corpore ecclesie pro quo est glo. xxiiii. q.i. acatius. ergo & multo minus pōt̄ dici gerere uices eius q̄ est caput ecclesie. Et huic sentētie generalis cōciliū stari debet: ut pote que ueritatē continet indubitatā. Nā & si papa possit errare in hiis q̄ sunt fidei: Nam & legimus ali quos romanos pōtifices heres̄ incurris se: ut patet in dicto. c. anastasius. xi. xdi. c. nunc autē. xxi. di. Tamē conciliū generale in tāgentibus fidē errare nō pōt̄: & de hoc uere intelligit̄ predicta auctoritas Luce: Ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua. Dictū enī est ei in persona totius ecclesie. cui etiā cōsonat illud uerbū saluatoris n̄i Math. xxviii. Ego enī uobiscum sum oībus diebus usq̄ ad cōsumationē seculi: Nō siquidē tantū Petro nec duodecī aplis dictū intelligit̄: cū morte finierit dī es suos: nec usq̄ in finē seculi p̄seuerauerit̄ sed potius vniuersali ecclesie que in finem est duratura que in generali cōcilio representatur: & tante auctoritatis est conciliū determinatio in hmōi: qđ euāgeliū illa non minat̄. ut patet ad Gala. ii. quādo Paulus dixit qđ petrus nō ambulabat ad ueritatē euāgeliū. Id tamē in quo Paulus reprehē debat Petrum erat qđ ipse subtrahebat se agentibus nolens māducere de cibis eorū sed obseruabat ritus iudeoꝝ in cibis: propter timorē iudeoꝝ qui supuenerat̄ a Hierosolimis. hoc tamē nō erat cōtra aliquod de quatuor euāgeliis: sed erat contra determinationē cōciliū generalis quod ab aplis fuerat celebratū super hmōi legalibus nō seruādis. actuū. xv. Ad quod etiā ostendē dū sola vniuersalis finodus loquitur sub noī spūs sancti ut ibi patet: Nam cū i eo dē concilio fieret diffinitio: dictū fuit. plauit spiritui sancto & nobis. & istis uerbis postmodū uisa fuerunt generalia cōcilia q̄ in ecclesia vniuersali fuerūt cōgregata: ubi ergo talis assessor accedit locus errādi nō pōt̄ occurre. Et si cōtrariū diceremus nil certū esset in fide. Vnusquisq̄ enī sequeretur opinionē suā & fluctuaremus omni uēto doctrine sicut paruuli: cōtra Aplm ad Ephe. iiiii. ubi ait qđ xps dedit in ecclia quodā aplos: alios prophetas: alios uero



pastores & doctores ad cōsumationē scōpi
in edificationē corporis xp̄i: donec occurrā
mus oēs in vnitatē fidei:& paulo post: ut
iam nō sumus paruuli fluctuātes & circū/
feramur omni uēto doctrine in neq̄cia &
astutia hominū ad circūventionē erroris.
quasi uelit q̄ cū fuerimus in fide iſtorū q̄
fidē ecclesie representat nō fluctuabimus
in doctrina fidei tanquā paruuli. Sed pre-
dictis uide obſtare.c. tria. iuncto. c. pla-
cuit.xxxvi.q.ii.&c. fi. de rap. ubi apparet
q̄ illud quod circa m̄rimoniū nō cōtrahē-
dum inter raptorē & rapē fuerat erronee
per conciliū statutū fuit poſtea emendatū
Ad hoc tñ stat respōſio: q̄ illud nō eſt de
spectatibus ad fidē in quibus obtinet qđ
p̄diximus. Vel aliter dicendū q̄ illud nō
fuerat erronee statutū: licet eſſet cōtra testi-
monia ueteris legis: ut uoluit glo. & male
in dicto.c. tria. Nā cum illud eſſet precep-
tum iudiciale nō obligabat in lege noua:
ſed fuit correctū: quia pro hoc tēpore ſic
fuit uifum legiſlatori: ſiue quia ſibi placu-
it quod ſufficit. ut. ſ. ſed quod principi. in
ſti. de iur. natu. & per Phūm. v. ethi. Hec
dixi ſubmittens me determinatiōi ſancte
matris ecclesie. Aut querimus circa ea que
iam ſunt per eccliam deciſa: & tūc legatus
ſediſ apliſ eſt cōpetens iudex ut. c. ut cō-
miſſi. de here. li. vi. Item ep̄us poterit iudi-
care de queſtione fidei & contra hereticos
pcedere: & etiā capittulū ſede uacāte in. c.
ad abolendā. de here. in. prin. & etiā inqui-
ſitores per ſedē apliſ deputati. in. c. p. hoc
&. c. ut inquisitiōis. de here. li. vi. & cle. i.
eodē ti. Per hoc enī q̄ papa deputat inqui-
ſitores ſuper heretica prauitate nō uidetur
facultatē ſuper hiis procedendi ordinariis
tollere ut in dicto. c. per hoc. Ex quo infer-
tur q̄ per potestatē datā delegato ad. vni-
uersitatē cauſa: nō uide etiā in illis cais
abdicata peās ab ordinario. hoc colligit
ex illō tex. iuncta glo. que vult q̄ inquisi-
tor heretice prauitatis dicit̄ eſſe delegatus
ad vniuersitatē cauſa: ex quo habes opti-
mā limitationē ad. c. ſtudiisti. de offi. le.
ut nō habeas locū in delegato ad vniuersi-
tatē cauſa: pro quo eſt glo. in. dicto. c. p.
hoc. facit in ſimili quod no. Bar. in. l. i. C.
de offi. prefec. ur. ubi tenet q̄ licet in ciui-
tate fiat unus officialis ſuper dāpnis datis
uel ſuper habudantia: nō tñ propter hoc
tollitur iurisdictio quā haber pt̄as qui ha-
bet vniuersalē iurisdictiōne. pro quo bene
facit tex. in dicta. l. i. & in. l. fi. iuncta glo.
C. de iuris. om. iu. & glo. i. c. in galia. xxv

q. ii. Hoc tñ limita uerū eſſe quotiens una
iurisdictio ſubalterna: alteri ut in exēplo
predicto. Si tñ ille ſpālis iudex eſſet ſupe-
rior generali: utputa iudex deputatus per
ſtatutū ſuper cauſis appellationū & nulli-
tatū: tunc generalis iudex nō ſe intromit
tit de ſpāli. Idem etiā ſi nō ſe habet tāquā
ſupior ſed tanquā differēs ſpecie: ut eſt iu-
dex inſinuationū: C. de teſta. cōſulta diua-
lia. ita determinat Bal. in. lynica. ff. de off.
cōſu. Poterit etiā cognoscere de crimiſ he-
reliſ delegatus ab ep̄o deputatus: aut a ca-
pitulo ſede uacāte ut in cle. i. ſ. i. & in cle.
ii. de here. Debet tamē talis inquisitor: ac
etiā delegatus annū q̄dragesimū attinge-
ut eſt tex. in dicta cle. ii. in prin. cū glo. ex
quo limitat. c. cū uicesimū de offi. deleg.
Idē ſi ſit delegatus a papa cū tex. dicta cle.
generaliter loquaſ. Sed an inquisitor
poſſit cōmittere uices suas. Solutio. glo. i
dicta cle. ii: arguit pro & cōtra. Finaliter te-
net qđ ſic per illū tex. & per tex: in cle: i:
ſporro. eo. ti. & hanc opinionē tenet cōi-
ter doctoros. Sed dubiū eſt de uicario
generali ep̄i aut capittuli ſede uacāte. & di-
cendū eſt ſecundū Lapū & Io. de ymo: in
dicta cle. i. de here. qđ nō poſterit ſine ſpe-
ciali cōmiſſione ep̄i de hoc crimiſ cognos-
cere per tex. in. c. licet de offi. uica. li. vi. Eſt
autē tam lata iſtoꝝ pt̄as qđ cōtra quoſcūq̄
etiā quantūcūq̄ exēptos poterunt pcedē-
re & eos de hoc crimiſ condēpnare: non
obſtāte quoſcūq̄ priuilegio exemptōis ut
in. c. ad abolendā. ſ. i. de here: Fallit tamē
hoc in ep̄is cōtra quos pcedere nō poſſūt
inquisitores: niſi expreſſe hoc ſibi cōmit-
tatur. ut in. c. inquisitores. eo. ti. li. vi. De-
bent tamē nūciare Romano pōtifici ſi illi
de hoc crimiſ infamati ſiue ſuſpecti exi-
ſtant: ut dicit ibi tex. Crederē tamē q̄ ubi
eſſent ſuſpecti de fuga. carcerari poſſent:
ut ad papā remitterent: ut in ſ. audient. i
aut. de defenſo. cui. coll. iii: Ad quod faci-
unt not: per Bar. in. l. magistratibus. ff. de
iuris. om. iu. Sed quero iuxta hoc an
ille tex. pcedat tñ in inq̄ſitoribus: an eti-
am locū ſbi uendicet in ordinariis de hoc
crimiſ inq̄ſitoribus: Ego putarē qđ tñ i in
q̄ſitoribus locū habeat: nō enī debet ex-
tendi ad ep̄m aut ad capittulū ſede uacan-
te: cū de ipſis nō loquatur: nec per hoc qđ
ſint ep̄i qui heresim incurrūt effugiūt iu-
risdictiōne ep̄i. in cuius territorio delin-
quūt: Pro quo eſt glo. in. c. ibi enī. iii. q.
vi. & in. c. i. de rap. & per Inno. in. c. cū in-
ferior. de maio. & obe. Vlterius iuxta

idē querit: an ep̄icopus poſſit pcedēr cō-
tra inquisitorē: ſi heresim incurrat. Lapus
Abb. in dicto. c. inquisitores: dicit q̄ nō:
durāte officio: niſi crimiſ eſſet adeo no-
tiū q̄ nō requireret cauſe cognitio. de fil.
preſbi. qm̄. Idē ſequit̄ ibi Domi. hec op̄i-
nio poſſet etiā iuſtificari per ea que not.
Bar. i. l. fi. ff. de re. diui. ubi tenet q̄ ſi duo
ſint dñi inſolidū alicuius caſtri & vnuſ de
linquat: nō poſterit puniri a cōdomino qa
nō habet in eū iurisdictiōne. Nā par i pa-
rem non habet imperiū de elec. innotuit.
Sed hoc nō obſtāce ego crederē indiſtincte
poſſe dici q̄ poſſit cōtra eū ſuper hmōi cri-
mine pcedere: cū iſtud ſit delictū p quod
perdiſ iurisdictio iplo iure. Pro quo faci-
unt not. in p̄dicta materia per Bar. in. l. q̄
iurisdictiōni. ff. de iurisdi. om. iudi. in ad-
diti. & ponit exemplū in crimiſ leſe ma-
ieſtatis. C. de digni. l. ſi gradatī. &. l. quoti-
ens. li. xii. C. de offi. rect. puin. l. ii. ubi ui-
detur glo. eo etiā caſu quo delinqueret in
male pcedendo in officio: indubie poſſet
eū punire: cū ordinarius delegatū aposto-
ſtolicū male ſe gerentē in cauſa ſibi cōmiſſa
la punire poſſit: ſic tñ ut ex hoc iurisdictiō
eius nō impedit: iuxta not. per doct. in
c. fi. de reſcrip. & per Cy. & legiſtas in aut.
qua in. puincia. C. ubi de cri. agi. oportet.
In p̄ſellu aūt ſup hoc crimiſ faciēdo ep̄i
& inquisitores apliſ ſediſ habēt exhorta-
tionē a iure in uirtute ſancte obediēt: &
ſub interminatione maledictionis eterne
ut cōtra ſuſpectos ul' diffamatos de hmōi
prauitate: diſtriſtē & p̄mpte procedat. ſic
tñ q̄ malicioſe & fraudulenter hoc nefan-
dū crimiſ alicui nō iponant. q̄ ſi odii
gratia uel amoris: lucri aut cōmodi tēpora-
lis obtētu cōtra iuſtitia & cōſcientia ſuam
omiferint cōtra quēq̄ procedere ubi fuerit
pcedendū ſup hmōi prauitate: Aut obtē-
tu eodē prauitatē ipſam alicui imposuerit
ac eū ſuper hoc preſumperit quoquo mo-
uexare: preter alias penas pro qlitate cl̄pe
eis iponendas. Ep̄us aut ſuperior ſuſpē-
niſ ab officio per trienniū. Alii uero excō-
municatōis ſententiā eo ipſo incurrāt. a q̄
quidē excōis ſententiā qui eā incurrerit: nō
niſi per ſummū pontificē poſterū: preter q̄
in mortis articulo. & tunc ſatiſfactione p̄-
miſſa obſolutionis benefiū obtinere: n̄l
lo in hac parte priuilegio ſufragante: De
quo eſt tex. in cle. i. ſ. uerū. de here. In ſup-
ſi quis ep̄us in expurgādo heresē ſeua
diocesi negligens fuerit uel remiſſuſ cū id
certis iudiciis apparuerit: deponendus eſt

ab officio ep̄icopali: & in locū ipſius alter
ſubſtituēdus eſt: qui uelit & poſſit hereti-
cam cōfundere prauitatē de heret. excōica
muſ. in fi. Ex quo manifeſte apparet q̄ dā
nabiliter & cū quāto animaꝝ ſuay pericu-
lo ep̄i & alii ad quos hmōi inquisitiō ſpe-
ctat tam deteſtandū facinus perſeq ac pu-
nire omittat. Inferiores aūt prelati de hoc
crimiſ ſe intromittere neq̄unt: cū ſuperi-
oribus prefatis ſit referuatū ut p̄diximus.
Poteſtates aūt ſiue dñi temporales ac eōg
officiales de hoc crimiſ cū ſit mere eccl-
eſtatič ſe intromittere neq̄unt: ut de eo co-
gnoscāt aut iudicēt aut iaceratos ab ep̄i-
copo & inquisitore a carcere liberēt. execu-
tiōne tamē ſuper hoc crimiſ ſiue ſi ſit
a iudicibus ecclēſtatič prediſti in iuſtitia
adiplere nō detractent: aut eōg iudiciū ſeu
ſententiā direcēt uel indirecēt ipedire
quoquo mo nō preſumāt. Si quis uero de
prefatis ſecularibus iudicibus cōtra predi-
cta fecerit: aut prefatis ep̄o & inquisitori-
bus in prediſto fidei negocio ſe oppoſue-
rit: ſiue illud quoquis mo ipediuertit: & qui
ſciēt in prediſis dederit auxiliū: cōſili-
um: ul' fauorē: excōis ſententiā incurrat ipo
iure quā ſi per annū animo ſuſtinuerit in
durato extunc uelut hereticus cōdēpnet.
. ut inquisitiōnis. ſ. fi. de here. li. vi.

Crauo quero de ordine: qui debet
teneri per iudices in pcededo con-
tra hereticos. Ad quod dicēdū q̄ in p̄mis
clerū & populū cōuocabūt exponēdō eis
inquisitiōne quā facere intendūt Auxiliū
quoq̄ & cōſiliū & fauorē ab ipſis petet. c.
ut cōmiſſi. in. ſ. i. de here. li. vi. & ſolent in
quisitores primo ire ad ep̄icopū loci uel
uicariū & oſter: dñeis eis facultatē & au-
to ritatē ſuā: & rogare q̄ cōgreget clerū. quo
cōgregato oſtendūt eis lras & facultatē p̄-
dictas: ſermonē faciūt & eōg auxiliū & fa-
uorē poſtulant. Postea ſimile faciunt cum
potestate ſiue correctore ciuitatis & conci-
lio ſiue ut hispanice loqm̄ ſuſtiorio. de
muſ. cōuocant totā contionē populi: &
habito ſermonē ad pplm idem faciunt ut
prediximus. Postea interpolati inquisitor
facit ſermones ad pplm de fide. Et cōueni-
ens eſt q̄ ad minus due monitiones p̄mit
tant̄ cōtra omēs hereticos: ut relictis erro-
ribus ſuis ad fidē catholicā reuertant: &
ad ecclesie gremium redeat: que tant̄ pia
mater nō claudit gremium redeunti. ut. c.
super eo. de here. li. vi. Et pro his moni-
tibus ſatisfacit auētas Apli ad Titum.



iii. ubi dicit hereticum hominē post vñā & secundā admonitionē de uita. ad idem. xxiiii. q. i. que dignior. &. q. iii. dixit ap̄ls Inquisitores etiā ex habūdāti cōsueuerūt addere tertīā monitionē ut magis p̄cessus suos uideant̄ iustificare. In quibus monitionibus quāze singule decē dies cōtinent monēt eos ad cōuerſionē: & reuertentibus p̄mitūt benignā misericordiā. Quibus pactis p̄cedendū est ad inquisitionē: reci piendo in vnaquaq; parrochia iuramentū a rectore prochiali & ab aliis probis & honestis uiris. & si illi deponāt aliquos de p̄rochia fore hereticos: aut diffamatos siue suspectos: cōsueuerūt secreto eos coram se uocare & secreto ad cōuerſionē monere. & ubi nec sic uoluerint: p̄cedit cōtra eos secundū formā iuris: qui p̄cessus determinātur aperte per tex. in cle. i. §. i. de heret. ubi tex. dicit q̄ p̄cedendū est per dioceſanos ep̄os & per inquisitores a ſede aplīca depu tatos ſimul cōuenientes. Sunt tñ quedā q̄ possunt vñus ſine alio agere: ut pote citare arreſtare: ſeu capere: ac carceri mancipare. etiā ponēdo in cōpedibus uel manicis fer reis prout ſecundū deū uiderit expedire. Poterit etiā inquirere quisq; predictoꝝ: fi ne altero cōtra illos de quibus uiderit inq rendū. diro tñ carceri mancipare ſiuē arto q̄ magis ad penā q̄ ad custodiā uideat̄: aut tormentis ſupponere eos cōtra quos p̄cedit: aut diffinitiuā ſententiā ferre cōtra eos nō poterit ep̄us ſine inquisitore: aut i quisitor ſine ep̄o: aut eius uel capituli ſe de uacāte ſup hoc delegato. quod tñ intel lige dūmodo ad inuicē copiā habere uale ant infra octo diez ſpaciu postq̄ inuicem ſe requiſuerint. Si aut̄ cōuenire nō potue rit ppter premiſa tunc inquisitor ordinario: ſuē ecōtra ordinarius inquisitor po terit ſup premiſis cōmittere uices ſuas ul̄ per Itas ſignificare eiē ſuū cōſiliū ul̄ affen ſum ut dici ibi tex. & ut cū maiori purita te & integritate res agat̄. Inhibitūt est inq ſitoribus & tam ipsoꝝ q̄ ep̄oꝝ ac caplōrū ſede uacāte delegatis ſiuē cōmiffariis: ne p̄ textu inquisitionis officii quibusuis mōiſ illiſit ab aliquibus pecuniā extorqueat̄: & ſi ſecus fecerit eoipſo ſententiā excōis in currūt. a qua nō ſoſſunt absolui preterq̄ in mortis articulo: donec plenāri ſatiſfa ctionē fecerint hiis a quibus extorſerūt. a qua ſatiſfactione nullis pactis aut priuile giis aut remiſſionibus poterūt liberari. & ne hoc latere poſſit: notarii & officiales di cti officii nec nō fratres & ſocii inquisito

